



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Angelii Bargaei Commentarius de Obelisco**

**Angèli, Pietro**

**Romae, 1586**

Eisvdem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13181**

*Jam te non stygis amplius  
Obscurant tenebrae, non tua lumina  
Extinguit Phlegethon, sacros  
Noctis nec radios nebula detinet.*

*Telongi celer antea  
Cursus temporis, atque irreparabilis  
Ætas reddit horridam,  
In famisq; dedit nomina carnifex.*

*Jam qua tetrica lucidam.  
Obscurare potest eluuies crucem?  
Nil est splendidius polo,  
Et terris mage nil est venerabile.*

*Tel Sixtus decorat nouo  
Nunc ritu, atque trabis Niliacæ pater  
Celsi vertice sedulus,*

*Haud parcens grauibus sumptibus excipit.  
Nunc est exiguum decus,  
Parua & pro meritis gloria redditur.*

*Sed maior manet vltimis  
Splendor temporibus, marmoreum veru  
Cum iam fulgida deserens  
Sedem constitutes in medio polo.*

E I V S D E M.

*STruxit mirificas Pyramides Pharos  
Propter Niliaci fluminis alueum:  
Subli-*

Sublimisq; eadem Lacidis arduam  
 Turrim commemorat vasta per aquora  
 Præbentem miseris lumina nauitis.  
 Extollit Babylon turgida mœnia  
 Junctis bis geminis peruia curribus,  
 Tercentum validis turribus additis  
 Quæ iam Semiramis condidit impotens  
 Diana Triuia laudat Jonia  
 Templum magnificentum. Cares, & inclyti  
 Mausoli celebrant splendida funera,  
 Ingente statuam fert super aethera  
 Gestantis pharetras insula Apollinis,  
 Elæusq; Jouem laudat Olympicum.  
 At prob cæca hominum pectora, prob dolor  
 Et quæ iam remanet Pyramis, aut Pharos  
 Et quæ iam Babylon mœnia prædicat?  
 Et quæ extant Ephesi marmorea domus  
 Diana? celebret funera Caria  
 Si possit, statuam nunc Rhodus indicet,  
 Elæusq; Jouem proferat integrum:  
 Isthac sunt volucri tempore diruta,  
 At nunc erigitur talis ad aethera  
 Moles, quam stabili sacula non queant  
 Perturbare gradu. Robora nam Crucis  
 Hoc præstant valida, & summa potentia

Regis



*Regis Christiadum. Desine conqueri  
Proles Romulidum, diruta marmora;  
Xystus namq; Obelum substruit hunc tibi,  
Qui vincat veterum splendida marmora.*

## FLAMINII FIGLIVCCII.

**H**ic ubi sacra polum sublimi vertice tangit  
Crux, & conspicuum tollit in astra caput.  
Argentoq; auroq; nitens in montibus altis  
Emicat, attonitis suspicienda viris.  
Hos olim Augusto plebs vana dicarat honores  
Viuis, & in tanto marmore Cæsar erat  
Sixte sacras Obelum Christo: te præside dicam  
Restitui Christo Cæsaris imperium.

## ANDREAE FRONTII.

**D**esine Christiadas contundere Roma flagellis,  
Et Vaticanum commaculare nece.  
Erigit optata crux alta insignia palma,  
Figit & in capto bellica signa solo.  
Aspice ut in nostris volitet victoria campis,  
Vtq; canat victrix carmina lata cohors.  
Dic ubi magnanimi Heroum sunt, Roma, triūphi?  
Dic ubi nunc Vrbis pompa sepulta iacet?  
Nullus in Hesperia miles quatit oppida bellis:  
Nullus in Oechalia surgit ad arma furor,  
Nec ferus infestos Mauors desauit in hostes.

F. Prae.